

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Albrecht Joachim Krakevitz von

**Programma Qvo Ad solennes Exeqvias Viri ... Dn. Johannis Nicolai Quistorpii,
Theol. D. & Prof. Publ. ... paratas cupiunt Vidua Moestissima & Liberi Tristissimi
Omnes ... invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1715

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770300340>

Druck Freier  Zugang




Kracketz, A. J.,


in

J. N. Qvistorp.

Rostock. 1715. /a

60.





PROGRAMMA

113.

QVO

Ad solennes Exequias

VIRI Maxime Reverendi, Amplissimi atq;
Excellentissimi

DN. JOHANNIS NICOLAI QVISTORPII,

Theol. D. & Prof. Publ. Celebratissimi, ad Div. Nicol. Pastoris
Meritissimi & Rev. Minist. Superintendentis Vigilantissimi

Qvas

Dulcissimo atq; Desideratissimo Marito

nec non

Patri nunquam satis Devenerando

paratas cupiunt

VIDUA MOESTISSIMA & LIBERI TRISTISSIMI

Omnis cuiuscunq; Dignitatis & Ordinis Academicus
Gives qvafas est humanitate ac
diligentia invitat

ALBERTUS JOACHIMUS
von Krackevi^g/

S. S. Th. D. & P. P. Serenissimi Ducis Meckl. Regnantis Consiliarius Eccl. & per Distr. Mecklenb. Superint.

p. t. Univ. Rost. RECTOR.

ROSTOCHII, Literis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC,
& UNIVERS. Typogr.



Uriora jam experi-

tur fata Academia nostra, dum
inter alias tam publicas quam
privatas calamitates, ex nutu
Supremi omnium rerum Mo-
deratoris, in ipsa ejusdem Ca-
pita sævit indomita mortis li-
bido.

Vix tres effluxere men-
ses, cum funus effereretur Magnificum *Wilhelmi Da-
vidis Habermannii*, Medicinæ D. & P. P. O. Poliatri
Rostochiensis & Facult. Medicæ t. t. Decani, quem
in ipso Rectorali officio constitutum, nobis omnibus
invitis atque dolentibus tertio Aprilis die illius eri-
puit atrocitas. Hodie vero conveniendum nobis
est, Cives O. O. Honoratissimi, ut justa persolva-
mus Viro Maxime Reverendo, Amplissimo atque Ex-
cellentissimo, nunc heu! Desideratissimo DN. JOHAN-
NI NICOLAO QVISTORPIO, Theologo Gravissi-
mo, Pastori Dexterrimo, Superintendenti Vigilantissimo,
& si in vivis mansisset, futuro per instans semestre hy-
bernnum Rectori Magnifico. Certe, si tua, mors crü-
delissima, pertimelcerem tela totus exhorreicerem,
dum te Rectoralis Muneris hostem animadverto irre-
conciliabilem, qui neque sceptra neque imperium
curat sed æque regentes atque subditos sibi facit
subjectissimos, omnemque purpuram perinde ac vi-
lissimum tegumentum tetra abscondi terra jubet.
Verum jam multis abhinc annis tuam penitus con-
templatus sum imaginem eandemque adeo familia-
rem mihi reddidi, ut seposita omni formidine lætus
te expectem, certissimus, omnia tua tela virtute
Domitoris tui Gloriosissimi fracta esse & comminu-

ta. Neqve saltu isto , qvem fecisti , me securum
unqvam reddes aut Tui immemorem ; novi enim,
Te ordines servare neqvaqvam didicisse , adeoqve
tuos quotidie meditor insultus , qvos appro-
priatione mortis Domini mei JESU Christi me
fortiter superaturum esse , confido. Interim ta-
men conspecto funere QVISTORPIANO à lamenta-
tione , à planctu , à luctu ita mihi temperare ne-
queo , ut vestras , Cives Optimi , aures non imple-
am querelis. Extinctum enim nobisque ereptum
videmus Virum , de Academia nostra præclarissime
Meritum , cuius summa semper erat voluptas , pro
illius commodis atqve honoribus vigilare non mi-
nus quam laborare ! Virum , Ecclesiis Urbicis , præ-
primis cœtui sibi specialiter concredito , omni cum
cura & solicitudine prospicientem & res Ecclesiasti-
cas solerter ac provide Dirigentem ! Virum solidi-
oris doctrinæ copia instructissimum , Orthodoxyæ
tenacissimum , pietatis haud fucatae studiosissimum ,
cum autoritate disertissimum , in candoris & amoris
studio jucundissimum , paci & concordia deditissi-
mum ! Talem Virum amplexibus oculisque no-
stris subductum si non deplorem & flebiles cierem
qvestus , injurius essem in ipsius merita extantissima ,
in labores ipsius diurnos nocturnosqve publicæ salu-
tis ergo susceptos , in curas ipsius nunquam remis-
sas , in officia ipsius amplissima , quibus omni tem-
pore , omnique industria & solicitudine sui ipsius
nullam fere rationem habens , abunde satisfecit , ade-
oque summa cum laude præfuit . O si dignus ad-
eset meritorum QVISTORPIANORUM encomia-
stes , qvi vivam & exactam hujus Viri Desideratissimi

imaginem propriis nobis sisteret lineamentis ! Li-
bentissime alii concederem hanc spartam , quam ipsa
officii & amoris ratio mihi omnium ineptissimo nunc
injungit . Sed spes mihi omnis est in Viro, non mi-
nus ob stili nitorem & perspicuitatem , qvam exqvisi-
tissimæ doctrinæ ubertatem , & in qvocunqve scriben-
di genere peritiam , per universum Literarum orbem
Decantatissimo , Dr. Jeb. Fechtio , Facult. Theol. ho-
die Decano Spectatissimo , qui pro eo , qvo valet , in-
genii acumine , virtutes Quistorpianas perfectissi-
me Facultatis suæ nomine enarrabit . Defungar
interea qvacunqve ratione tristi hoc officio , & lauda-
tissime transactam vitam beate defuncti , Collegæ
nostræ semper Conjunctissimi , qvodammodo adum-
brare allaborabo , ne ultimi honoris Eidem dene-
gem documentum . Si aliunde accersendus esset
qualiscunque Quistorpio nostro splendor , prolixus
essem in deprædicanda Urbis nostræ , quæ natale
ipsius solum est , celebritate , quæque non per adja-
centes tantum maris Baltici ora circumfertur , sed fa-
ma ejus usqve ad extremos terræ angulos percrebuit ,
per Viros Celebratissimos , qvos in totum orbem Li-
teratum emisit , omni scientiarum genere probe ex-
cultos atqve munitos . Sed alienis non indiget orna-
mentis qvi propriis abundat . Noster etenim , qvi
sexta Januarii die A. R. S. MDCLI. natus , non con-
tentus fuit , se in ipsa Musarum sede luci huic ex-
positum esse , sed ipse , ut efficeretur lux in Domino ,
à prima sua infantia disciplinæ & institutionis capaci ,
annus est , excitatus potissimum pientissimorum Pa-
rentum voto , qvo literis & sanctioribus destinatus
erat studiis . Venerabatur qvippe Patrem Dominum
JOH.

JOH. QVISTORPIUM II. S. S. Th. D. ejusdemque
P.P. Senatorium ad D. Jacobi Pastorem, Facult. Theol.
uti & Collegii Profess. Senatoriorum qvondam Senio-
rem & Rev. Ministerii Urbici Directorem, quem in
ipso splendido Rectoratus officio ad cœlestia evocatum
esse, Matricula Academiae nostra ad annum 1669 testa-
tur. Qvo Viro nemo facile Religiosior in hac unquam
exorietur Academia, unde etiam jam dudum Fechtio
nostro *vera pietatis ingenius* dictus fuit Zelotes. Ma-
trem vero omni filiali reverentia & obseqvio coluit
Sophiam Schaffenbergam, Fœminam probitate & pie-
tate inter omnes inclytam. Nec minori gavisus est
incitamento ad præclara quævis obeunda Noster
QVISTORPIUS, quoties vel Avorum vel Pro-Avorum
suorum, ex utraque tam Materna quam Paterna linea,
sibi enarrari audivit facta frequentiori commemora-
tione dignissima. Quem enim non ad summum
Theologicæ Dignitatis culmen obtinendum extimu-
laret *Johannis Qvistorpi I. S. Theol. D.* ejusdemque
Prof. Publ. ad D. Mariae Pastoris, Superintendentis
Rostochiensis atque Facultatis Theol. dum viveret
Senioris, nomen nunquam apud nos intermoritu-
rum. Qvod B. Joh. Cothmannus, Theologus Since-
ras & Cordatus, posteritati desiderabile omnino fecit,
quando de ipso in Libro Facult. Theol. scripsit. *Vir erat*
acuti judicii, expeditæ linguae, multæ item lectionis, impro-
bi laboris ac indefessa sedullitatis, nec non Theologus à rictis,
qvibus contentiosum hoc seculum magis atque magis cor-
rumpitur, prorsus alienus, ad informandum juvandum-
que promptus & in pauperes cum primu beneficio, plurimis
desideranssimus. Atque hunc Virum tanquam Pro-
avum suum, in scriptis suis temper vivum, quotidie

intueri & imitari, singularis fuit felicitatis genus,
qvod Nostro obtigit. Cujus dum memini, non reti-
cendum, qvod Aviam Paternam nominare potuerit
Matronam omni virtutum decore conspicuam, *Bar-
baram Dohmanniam*, Nobilissimi & Consultissimi *Ste-
phani Dohmanni*, JCri & Advocati Osnabrugensis,
cujus frater JCtus, Politicus & Orator Consummati-
simus & Exercitatissimus, Reip. hujus & civitatum
Anseaticarum Syndicus erat Generalis maxime cele-
bris, filiam Lectissimam. Proavum quoque habuit
honestissimi nominis Civem JOACHIMUM QVI-
TORPIUM, cui matrimonio juncta fuit Proavia CA-
THARINA DUMRATHS, Praeclari generis & rarissi-
marum virtutum foemina. Ad Maternum respi-
cienti, stemma Avus, contigerat DN. NICOLA-
US SCHARFFENBERGIUS J. U. D. ejusque olim
hic P. P. dein vero Consul Rostochiensis primarius &
Regiae Maj. Dan. & Norw. Consiliarius. Avia vero
venerabili morum & pietatis encomio fulgidissima,
ANNA GAULEN, ex nobili Gauliorum Familia or-
riunda. Tantorum igitur Parentum Tantorumque
Theologorum surculus cum esset B. noster QVISTOR-
PIUS, quis dubitaret, eundem omni nisu & labore
eo contendisse. ut, si non superaret, ad minimum ta-
men æqvaret Majorum suorum nomen & gloriam.
Accedente boni ominis nomine, quo in sacri baptis-
matis fonte insignitus, dum JOHANNES NICO-
LAUS dictus, futura jam tum præsagiens, qvod gra-
tia Divina plenus, non gratiam tantum spiraturus
sit uberrimam, sed & victoriam ab hoc seculo omni-
busque adversitatibus suis reportaturus certissimam.
Qvamprimum itaque tenera ipsius ætas permisit, in
opti-

optimæ prolis formationem à Parentibus assumpti fu-
erunt Praestantissimi morum Magistri. Et qvidem
omnium primus fuit JOHANNES VOLCKNERUS,
qvem excepit THEODORUS ROLINGIUS, isto de-
hinc ad Pastoratum Neo-Brandenburgensem, hoc ve-
ro ad Pastoratum Osnabrugensem, Deo sic disponente,
vocato. Quemadmodum autem arborum transpositio
easdem meliores & frugiferas reddere solet, ita qvoq;
meliores & jucundiores sibi promiserunt fructus Ve-
nerandi Parentes, si Natum huncce suum Gustrovi-
enium horto amœnissimo concrederent. Qvod
consilium adeo feliciter cessit, ut præcipue opera
M. Gotofredi Ammonis t. t. Rectoris, mira solertia ac
melioris, qua præstabat, indolis docilitate, altiora
quævis literarum & artium principia arriperet, suc-
cessu sane exoptatissimo, ut non æqualium mo-
do profectum adæquaret sed & eundem magis magis
que superaret, attingens pleniorem in studiis & di-
gnam Academia maturitatem. Quibus observatis,
Parentes Eundem anno ætatis decimo septimo ad vi-
cinam *Academiam Gryphicam* miserunt, in qua Theo-
logos undiqvæq; Celeberrimos, *D. Battum*, *D. Mi-
chaelis*, *D. Tabbertum*, Philosophos itidem Clarissi-
mos, *L. Vogtum*, *Ebr. Lingv.* *M. Dedeckindum*, Logi-
ces. *M. Rosenovium*, Mathes. & *M. P/ulium*, Eloq. &
Poëseos, Professores publice privatimq; docentes sin-
gulari ardore audivit. Neqve sola auscultatione
contentus fuit, sed experiri qvoq; voluit, & qui-
dem primo in privatis exercitiis Disputatoriis, an
quicquam profecerit in Collegiis Lectoriis, & an
distincte atque intrepide de grayioris momenti quæ-
stionibus cum Commilitonibus suis differere, valeret.

Qvi-

Quibus certior de facultatibus suis redditus , postea Disputationem Logicam à se ipso conscriptam sub præsidio memorati jam Dn. Professoris *Pfalti*, postea Theol. D. inqve Aula Gustroiensi Concionatoris Au- lici & quoad ultimam vitæ periodum , apud Neo- Brandenburgenes Pastoris Primarii atqve Districtus Stargard. Superintendentis Meritissimi , omnium cum applausu ventilavit . Ex dicta Academia , in qua annum & quoq excedit commoratus erat , re- vocatus est anno 1669. in Rostochensem patriam , ea intentione , ut paterno ductu rectius proficere posset. Verum , quam fallax sit Mortalium spes , suo exem- plo comprobavit Religiosissimus nostri QVISTORPII Parens , dum filio vix in Patriam reduce , ipsem ad coelestem translatus est Academiam , hac nostra inge- miscente multisqve imo innumeris lacrymis suum Doctorem conquerente . Neutiquam tamen à suo discendi ardore , post Optimi Parentis obitum , qvic- quam remisit Filius Mæstissimus , adjutus enim & excitatus fuit à Theologis superstribus iisdemqve Parentis locum abunde supplentibus. Hos inter emi- nebat B.Dn. D. Augustus Varenius , qvem , sive eum cum Lipsiensibus , subactissimi judicii , celebratissimi nominis & maximorum meritorum Theologum , sive cum B. Pfeiffero , Virum were Augustum , sive cum Fechtio meo Incomparabilem Exegetam dixerо , neqvaquam su- pra merita celebro. Hunc publicè docentem non modo frequenter audivit , sed sub ipsius quoqve du- etu atqve præsidio Disputationem de Controversis cir- ca articulum de predestinatione post Formulam Concordie artis , quæ Breviario ipsius Theologico inserta est , pu- blicè defendit , non sine quorumvis adstantium admira- ratione

ratione & congratulatione. Similiter expertus est
favorem *B. Dn. D. Henrici Mulleri*, Theologi non mi-
noris Orthodoxiae quam pietatis sinceroris laude in-
clyti, cuius orthodoxiam contestati fuerunt *Cellarius*,
Battus, *Schuckmannus*, *Varenius*, *Hannekenius*, *Gosman-*
nus, aliique ab omni heterodoxias vel Pietismi su-
spicione alienissimi. Hoc Theologo Præside QVI-
STORPIUS noster in Collegio Anti-Calviniano, Le-
ctorio - Disputatorio, tum doctissimis discursibus,
tum frequentioribus exercitiis præparatus, eximios
in Theologia progressus fecit. Nec minus bene
ipsi voluit *B. D. Michael Cobabus*, qui non tantum in
privatis aliquot super Catechesin Dieterici, sed in du-
abus quoque publicis super Augustana Confessio-
nem habitis disputationibus, præsidium ipsi præstitit
benevolentissimum. Atque sic opera Theologo-
rum doctior subinde redditus non minus crevit in
studio Philosophico, siquidem & hujus Professores
semper habuit faventissimos. Confirmatis ita stu-
diis ad scopum præfixum sibi necessariis, ex Consilio
Patronorum illorumque, qui bene ipsi cupiebant,
Anno MDCLXX. circa festum Joh. Baptiste, pere-
grinationem quandam suscepit, ut alias adire Aca-
demias & celebriores simul urbes in majus sui orna-
mentum lustrare posset. Cum vero animus ipsi
esset superioris Germaniae Academiam Argentoratensem
adire, hujusque Celeberrimos t t Theologos audire,
in via Marpurgum, Gießam, Francofurtum ad Mœnum
& Tubingam salutavit, & Doctissimorum Virorum
favorem atque amorem sibi conciliavit, annotatis
quibuscumque vel visis vel auditis ad futurum ali-
quem usum inservientibus. Dimidio anno in præ-

B

dicta

dicta Academia utiliter transacto , ad Batavos pro-
gressurus , in reditu Heidelbergam invisit atque Maguri-
tiam ; inde vero per Coloniam descendens in Hollandi-
am , non modo Ultrajectum & Lugdunum , celebres As-
cademias , sed & Amstelodamum aliasque Hollandorum
urbes visu dignas , magno cum sui emotuamento spe-
ctavit . Cum dimidiam anni partem in his locis
transegerat & non solum ex quotidiana cum Eruditis
conversatione , sed & rariorum librorum evolutione ,
status itidem Ecclesiastici aliarumque rerum curiosa-
rum sedula contemplatione , doctior factus , seqventi
anno MDCLXXI. in Patriam rediit , non ut ibidem
subsisteret , sed ut in aliam Germaniae partem mox
excurreret & adjacentia regna quoque perquireret .
Anno itaque MDCLXXII. per mare Gedanum ivit ,
visurus ibidem Materterae suae filium DN. MICHAEL-
LEM FALCKIUM ad D. Catharinæ Pastorem ,
a quo omni cum benevolentia exceptus , hoc vidit
desiderii sui complementum , ut non tantum Viri
modo dicti , sed & filiorum ipsius , NATHANAELIS
& JOHANNIS quotidiano consortio frui potuerit ex-
optatissimo . Ex quibus , cum JOHANNES per DEI
gratiam sit in vivis & apud Gedanenses Pastorali mu-
nere fungatur fidelissime dexterimeque , QVISTOR.
PIANA Familia Ejusdem favorem & patrocinium
sibi obnixis expedit precibus , certa , ipsum quoque
erga Posteros JOH. NICOLAI QVISTORPII eun-
dem continuaturum esse affectum , quo pie defun-
ctum semper complexus est , tenerrimum . Interea
nostrum est , Cives Optimi , ut cursum nostrum cum
Viatore nostro QVISTORPIO prosequamur , Hic
tribus Gedani exactis mensibus , Regiomontanam petiit

Aca.

Academiam, in qua studiis per integrum plane annum
cum dimidio vacavit, sicque præstantissimos sibi ac-
quisivit Theologicæ scientiæ thesauros, ita tamen
ut pretiosum à vili probe diserneret, hoc spreto, illo
vero retento. Domum hinc redditurus, per mare in
Daniam trajecit, & *Haffnensem Academiam* salutando,
Theologorum aliorumque Virorum eruditionis laude
fulgentium quæsivit & facile obtinuit favorem. Iis
enim ornatus erat ingenii dotibus & moribus prædi-
tus, ut quoscunq; in sui amorem atq; existima-
tionem non tam traheret quam raperet, adeoq; non
mirum, qvod ex familiari & freqventiori coversatione
ne cum Viris ubivis locorum Doctissimis fructum
perceperit longe uberrimum. Peregrinatione sic
feliciter absolta, ad suos in hanc Academiam rever-
sus Anno MDCLXXIV. non in obscuro latere potuit,
sed ut omnes intelligerent, Ipsum haud frustra tot
regiones peragrasse, sed summo cum sui emolumento
Academias & Urbes perlustrasse, sibiique tantos com-
parasse eruditionis thesauros, qvibus & sibi & aliis
prodeesse posset, non quidem ostendandi ingenii aut
captandæ gloriæ ergo, sed ut studiorum suorum ra-
tiones redderet Patronis, & docendo de die in diem
plura disceret, aut majora & validiora studiorum suo-
rum fulcimenta caperet, modeste æque à Theologis
atq; Philosophis, qvibus docendi munera in hac
Academia t. t. concredita erant, petiit, ut sibi dare-
tur venia privatim alios docendi & cum Commilito-
nibus disputandi: Qya impetrata, in utrōq; stu-
diorum genere sedulum ac indefessum se exhibuit,
magnaq; industria fe & alios docuit. Hisce exer-
citii usq; ad annum MDCLXXVI, strenue conti-
nuatis,

nuatis, qvibus & accedebant frequentiora homiletica,
egregia ipsius dona atqye studia non in Academicorum
tantum, sed & reliquorum hujus Urbis civium,
inprimis vero Amplissimi Senatus Urbici notitiam
pervenerunt, unde factum, ut, anno proximie indicato,
Ecclesiæ Nicolaitanæ cum aliis Candidatis ad
Diaconatum præsentatus, unanimi consensu electus,
& non multo post ad sacrum illud officium solenniter
inauguratus fuerit. Qvamvis autem hac ratione or-
dinarias suas sibi qve à DEO demandatas habuerit oc-
cupationes, qvibus ut rite recteqve satisfaceret sem-
per, nil quicquam omisit, animum tamen simul ad
Academica studia applicuit constanter, & studiosæ
juventuti, via à Patre Avoqve sibi monstrata, prodesse
voluit: Hinc anno MDCLXXXI. mense Junio, ut
gradum more Majorum in Theologia consequeretur,
nomen suum per literas Rev. Fac. Theol. in Acad. Gry-
phica, qvæ prima studiorum suorum Academicorum
Formatrix fuerat, profiteri nullus dubitavit. Cujus
assensu promptissimo impetrato, sequenti anno
MDCLXXXII. m. Aprilis Gryphiswaldiam profe-
ctus, Facultatem Theologicam eo priuorem inve-
nit, quo dignorem se gradu Theologico, tum in exa-
mine rigoroso, tum in lectionibus cursoriis super Jobi
Cap. XIX. 25 variis alioqvin interpretum expositio-
nibus, ob textus potissimum originalis difficultatem,
obnoxium, diebus 4. & 5. Maji habitis, præstiterat atq;
exhibuerat. Habita itaqve d. 12. ejusdem mensis In-
augurali Disputatione de sanctissima & omni tempore
sufficientissima Christi satisfactione, Præside Dn. D.
Augustino Balbasare, S. Theol. Prof. Primario, sine
omni Fac. Theol. hæsitatione vel contradictione jura,
pri-

privilegia & honores Licentiatæ Theologiæ , Promotore prædicto Dn. Balthasare , obtinuit . Hoc Theologici honoris gradu ornatus , mox publice disputando demonstravit , eundem nequaquam sibi indigno collatum esse , hinc sequentes luci expositæ sunt Disputationes . Prima Anno MDCLXXXII. *de Bellarmini in Ecclesiam Notis non notis.* Secunda Ao. MDCLXXXIII. *de principio Theologia cognoscendi unico.* Tertia anno MDCLXXXIV. *de privata Confessione.* Qvarta anno MDCLXXXV. *de Pænitentia.* Qvinta eodem anno de qvæstione: *An peccatum Originale formaliter sit mere privativum , an positivum simul ?* Sexta de Arcanis ſtatis in Religione Muhammedana , & Septima de Jubilais , utraqve eodem adhuc anno publicata . Si , dicente Apostolo , *qui bene ministraverint , gradum ſibi bonum acquirunt , nemo facile mirabitur ,* QVISTORPIUM nostrum , officium in Ecclesia & gradum Academicum omni ex parte ornantem , mox ad amplius officium & ad gradum eminentiorem evectum esse . Prius contigit anno MDCLXXXIV. dum ad Pastoratum Ecclesiæ Nicolaitanæ in locum B. M. Remberti Sandhagenii , prævia Prudentissimi Senatus Rostoch. præsentatione & ordinatione Ecclesiæ electione , promotus est . Posterius , dum anno MDCLXXXVI. Ipsi supremus in Theologia gradus , quem Doctoratum vocamus , Decano , Promotore atqve Pro-Cancellario B. D. Justo Christophoro Schomero , rite justeqve collatus . Qva occaſione & hic commemorandum esse autumo , qvod nominatus modo Theologus Dn. D. Schomerus , cum solus hoc anno MDCLXXXVI. d: 8. Sept. in Facultate Theologica existeret , & pro supremis in Theol. con-

seqvendis honoribus, Facult. Theol. se examinandum
sisteret *Dn. Jacobus Dornkrell ab Eberhertz*, noster
QVISTORPIUS Consummatissimo illi Theolo-
go præ aliis dignus visus fuerit, quem unacum
Dn. Jacobo Lembke, D. & Facultatis Juridicae subseniore,
testem suscepit riteqve peracti Examinis adhiberet,
prouti *B. Theologus* propria sua manu in Facult. no-
stræ membranis expressit. Ut vero innotescat
postoris, QVISTORPIUM nostrum *Doctoris* titulo
insignitum, ulterius docendo & disputando, nostræ
profuisse Academiæ, illæ quoqve commemorandæ
erunt Disputationes, qvæ ex illo tempore, ipsius sub
præsidio hsc ventilatae sunt. Nimurum Disp. qvæ ex-
hibebat *Ideam Studioſi Theol.* Anno MDCLXXXVI.
mense Nov. Disp. de bonis operibus Anno MDCLXXXIX.
Disp. de Certitudine salutis nostra, Añ. MDCLXXXIX.
Disp. de Cœna Dominicæ eminentia, eodem anno. Disp.
de migratione Clericorum Añ. MDCXC. Disp. de Soro-
ribus dilectis & subintroductis, Añ. MDCXCII. Di-
gnum sic satis superqve se exhibuerat noster QVI-
STORPIUS, ut ad Professionem quoqve Theologi-
cam adscenderet, qvod probe cognoscens Amplissi-
mus hujus Urbis Senatus, Academiæ Compatronus,
Eundem substituit in locum *Dn. Michaelis Cobabi*,
Facultatis Theol. Collegiiqve Professorum Senato-
riorum totiusqve Academiæ Senioris, qui in isto
officio Antecessorem habuerat JOH. QVISTOR-
PIUM II. ut hac ratione mediante Cobabo, B. Paren-
ti suo QVISTORPIUS noster in Professione succes-
sor datus fuerit. Ad hoc officium Theol die xx.
April. Añ MDCXCIII. post obitum *B. Schomeri* intro-
ductus, publice privatimqve, & docendo & disputan-
do,

do, nil qvicqvām eorum omisit, qvod ipsum commendare poterat, & ad salutem Academiæ, præprimis studiosæ juventutis pertinere videbatur. Claret hoc ex syllabo Disputationum, quas ut Theol. Professor, Academicī exercitii ergo, publicè proposuit. Inter has primum tenent locum *qvingue Disputationes*, quæ *aphorismos* exhibent, universam Theologiam 4 plag complectentes, Resp. ac Autore Petro Beckero, hodie Phil. Mag. & Mathem. Infer. P. P. Excellentissimo, ad D. Jacobi Archi-Diacono meritissimo, Faustore atque Collega nostro æstumatissimo, publicatæ. Añ. MDCXCIV. Seqvuntur *Theses super universam Theologiam* sex pl. comprehensas, quas diebus Mercurii, à meridie, in Auditorio Majori, Añ MDCXCV. & MDCXCVI. triginta sex Disputationibus & octodecim Respondentibus ventilandas exhibuit, quas seqventibus temporibus auctiores edidit, & in auditorio domestico, privato Academicorum exercitio sc̄epissime destinavit. *Quæstiones B. D. Derschei in primam & secundam Johannis Epistolas*, Ipse Præses Añ MDCXCVII. 8 disputationibus, 4 Resp. publici juris fecit, A. MDCXCVIII. *Collegium* adornavit *Disputatorio*: *Publicum*, in quo *Theses* quam plurimæ, ex *Universa Theologia selectæ*, uno potissimum quaternione constantes & à Respondentibus conscriptæ, publicæ subjiciebantur disquisitioni. Hujus *Collegii* membrum me quoqve fuisse, & ex eodem studiis meis haud exiguum accessisse incrementum, grata erga b. defunctum, Praeceptorem olim meum optime de me meritum, mente agnosco & nunc publice deprædico. Si quidem & hic commemorandum habeo, qvod ad *Disputationem de Christo unica spe nostra* à me conscriptam, An.

Añ. MDCXCVII. suo mihi adstiterit Præsidio, affe-
ctu vere Paterno me semper complexus. Porro sub
Viri Desideratissimi præsidio illustratæ ac defensæ
sunt seqventes Dissertationes Añ. 1700. de Fide Infan-
tum contra Calvin. Resp. Ge. Frid. Niebenkio. Añ. 1703. de
Verbis Hymni Passionalis: Gott selbst liegt todt. Resp.
M. Just. Wessel. Rumpao. Añ. 1704. de Vindicta vitanda
ex Rom. XII. 19. Resp. Georg. Monradio Holsato. It.
Lutheranismus defensus, contra Joh. Sattelsdorffum Disp.
II. Resp. Immanuele Kuhnio Pomer. Anno 1705. An
absolutio Ministri Eccl. nuda tantum sit declaratio, an vero
actualis remissio peccatorum? Resp. Henrico Langio, Ro-
stock. Anno 1706. De Sacerdotio fidelium Ni. Ti. spirituali,
vulgo vom geistl. Priesterthum / Resp. Barth. Depki-
nio Rigensi. Anno 1707. Quæstiones ex loco de Baptismo:
Resp. Joh. Lohmanno Rost. Anno 1709. Dissertatio in no-
vam Celeb. cuiusdam Theologi de peccato inspiratum Sanctorum
hypothesin inquirens Resp. M. Michaele Lilienthalio,
Prusso. Añ. 1711. de Agapis, Resp. Henrico Christophoro
Polzio. It. Thesisum rejectarum Pontificiarum Quaternarium
Resp. Nathanaele Gotbofr. Falkio, Gedan. Añ. 1712. De
Seductoribus sub extrema seculi mundum seduecentibus Resp.
Joh. Andr. Habel. Añ. 1714. de Nonnullis Scriptura affecti-
onibus Resp. Daniele Mannio. Omnibus hisce laboribus,
qvibus studiosam juventutem ad futura Ecclesiastica
præparavit officia, (qvalia etiam hactenus recensiti
Domini Respondentes, gradibus quoqve Academicis
maximam partem hodie ornati, paucissimis nondum
à DEO vocatis, cum laude & insigni Ecclesiæ emolu-
mento, obtinuerunt,) & illi annumerandi erunt,
qvos B. impendit annotationibus Biblicis Avi sui, ut
eadem ex hujus Mscitis emendationes atqve locuple-
tiores

tiores ederet; qvemadmodum sc̄pius nobis spernit
cit de nova earundem publicatione. Utinam, qvod
temporum injuria impeditus præstare haud potuit,
ab hæredibus Viri Celeberrimi nobis certo promit-
tere possemus! Faxit Gloriosissimum Numen, ut hi
omni divina benedictione perfusi nostra adimpleant
vota. Auxit vero B. & meritorum & nominis glo-
riam, qvod inde à sua in Facultatem Theologicam re-
ceptione *Decanatum* qvater & decies summa cum fi-
de ac dexteritate gesserit; cujus asserti documenta
qvam plurima, ex Consiliis atqve Responsis, in li-
bris Facultatis Theol. cum cura asservatis, afferri
possent, nisi existimaremus, sufficere illa, qvæ pu-
blicam adspexerunt lucem & ad omnium notitiam
pervenerunt. Siqvidem ipso Decano ac Præside
Aō MDCXCVIII. d. 17. Dec pro supremis in Theol.
conseqyendis honoribus disputationem Inauguralem
de *Propagatione fidei per ferrum & flamas*, proposuit
Bogislaus Liebeherrus Colberga Pomeranus, Pastor ad
D. Georg. & Nicol. in Patria vocatus. Et mox se-
quenti anno d. 23. Febr. ut ego *Albertus Joachimus de*
Krakevitz primi in Theologia gradus jura obtinerem,
sub Decani hujus Spectatissimi præsidio, publico ex-
amini exhibui thema: *De Non speranda extra Ecclesi-
am Lutheranam salute.* Hoc ipso sub Decanatu d. 23 Mar-
tii, Viri Celeberrimi favorem qvoq; expertus est *Dn. M.
Constantinus Fidlerus*, Malchinensis, designatus Pastor
ad D. Nicol. Wismariæ, qvi inaiguraliter qvidem
non disputavit, potestatem tamen accepit publice sub
moderamine disputandi, postqvam examen pro pri-
mo in Theol. gradu obtinendo cum laude sustinuif-
set. Aō MDCCX. d. 8. April, sub ipsius Decanatu

C

& Præ

& Præsidio, pro summo impetrando gradu Theol. per totum diem disputavit D. M. Hermannus Christophorus Engelken, ad D. Johannis Pastor optime meritus, de *Zymphaea: An ardentissima Heu in Scriptura S. sint vestigia Gentilismi?* Contra Clericum. Cui actui disputatorio usque ad horam quintam Vespertinam protracto, subsecuta est mox solennis renunciatio, conscitis sociis Dn. Lic. Georgio Friderico Niehenckio, & Dn. Lic. Georgio Christophoro Schottero, quibus simul unacum Dn. Engelkenio Doctorale axioma collatum est, QUISTORPIO nostro Rectore, Procancellario & Decano existente. Hunc actum, unico tantum die intercedente, confessim alias exceptit solennis, in quo Dn. M. Albertus Franciscus Epinus, hodie Philos. Prof. Duc. Publ. insigne Acad. nostræ Decus, postquam pro gradu Theol. superemo, per integrum diem, de *título Christi*, quo Col. I. 15. dicitur *primogenitus omnis creatura*, disputasset, ab Eodem nostro QUISTORPIO honoribus Doctoralibus ornatus fuit. Anno MDCCXII, cum denuo Decanatus officio fungeretur, die 24. Febr. Dn. Magnus Swenson, in Germania dictus Cedermarck Norcopia-Svecus, Phil. Cand. examen non modo sustinuit pro primo gradu, sed die quoque 12. Aprilis ejusdem anni, de *conjugio Christi mystico cum fidelibus*, solenniter disputavit. Anno MDCCXIII. mense julio B. Nostris sub Decanatu examen pro Doctoratu subiit Dn. Marinus Hegard Malmoa Schanus, olim Pastor Eccl. Sveco-Luth. Londini in Anglia, postea autem vocatus Prof. Hist. Eccl. & Lingv. sanctæ Acad. Lundin. in Schania. Tandem anno proxime elapsō MDCCXIV. cum eodem munere conspicuus esset, nomen suum Facult. Theol. professus est Dn. Mag.

Joh.

Joh. Jacob. Qvandt Regiom. Prussus, in Academia
sua patria vocatus Theol. Prof. Extraord. de quo B.
propria sua manu in membranis Fac. Th. hæc con-
signavit : *Vir Eruditissimus jam Famigeratissimus*
& maxime pius ad examen d. 16. Nov. admissus, ad
omnia tam prompte, tam dextre, per integrum diem re-
spondit, ut nil desideraremus : Unde & potestas ipsi fa-
cita est, pro Doctoratu rite obtinendo disputationem quo-
que inaugurealem habendi. Et certe, nisi mors B. nostri
QUISTORPII intervenisset, non modo disputatione in-
auguralis *de Christi, ostio pulsato, ad cœnam ingressu,*
ex Apoc. III. 20. propediem sub ipsius Præsidio publi-
canda tuisset, (siquidem unacum Programmate à B.
confecto typis jam exscripta est,) sed promeriti quo-
que honores huic Candidatō Dignissimo, Eodem
Promotore ac Decano conferendi fuissent. Illustris
quoque Procancellariatus dignitate aliquoties con-
spicuus fuit, & qvidem anno 1696. in promotione
Dn. Joh. Georgii Hoffmanni ad Doctoratum, & Joh.
Gottl. Mollerii Græcæ Lingvæ t. t. apud nos Professo-
ris, ad Baccalaureatum ; In quo actu extraordina-
rie quoque, ob adversam Dn. D. Fechtii valetudinem,
Decani & Promotoris Officium executus est. Quam
operam Venerando nostro Seniori etiam Anno
MDCXCVII. d. 22 Junii, cum Dn. Mollerus modo
nominatus Doctoris gradu in templo Mariano orna-
retur, præsttit, ipso simul in Procancellariatu Fechtii
vices supplente. In promotione Dn. D. Bogislai Lieb-
herrii, qui in uno eodemque actu, in Basilica Majori
Mariana, Promotore B. D. Andr. Dan. Habichorstio,
mecum Doctorales accepit honores, anno MDCXCIX
d. 10. Octobr. QUISTORPIUS noster, Procancellariu

dignitate fulgens, actum hunc illustriorem effecit.
Idem præstítit anno MDCCVII. d. 10. Martii, cum De-
cano ad actum & Promotore D. Joh. Petru. Grunen-
bergio, Doctoris jura ac privilegia conseqveretur Dn.
Joh. Joach. Weidnerus Phil. Mag. & Ecclesiastes Maria-
nus Facundissimus æque ac Meritissimus, Fautor at-
que Amicus noster cum cura colendus. Repeti etiam
hic meretur, qvod supra jam de promotione trium
Excellentissimorum Virorum D. Niehenckii, D. Schot-
teri & D. Engelkenii incidenter annotatum fuit. His
recensitis modis egregie meruit de Facultate cum-
primis Theologica, restat ut breviter etiam indi-
cemos: Virum Celeberrimum, sex vicibus, summa
cum nominis sui laude, & totius Academiæ emolu-
mento, Rectoratum gessisse. Nimirum Anno MDCCXIII.
An. MDCCXVII. An. MDCC. qvo tempore saluberrima,
sub ipsius Regimine, in usum Bibliothecæ Acade-
micæ, condita sunt statuta, Autore qvidem in primis
Maxime Ven. D. Fechtio, Procuratore vero Nostro
QUISTORPIO, qvi statuta illa propria sua manu Ma-
triculæ inseruit, omnibusqve suis in officio succe-
soribus sanctissime *observanda* commendavit. Porro
eodem munere Magnificus apparuit anno MDCCIII
& MDCCIX. Hoc posteriori durante Rectoratu, Am-
plissimus Senatus, multis abs QUISTORPIO no-
stro sollicitatus, cancellos pro commoditate Dispu-
tantium & Actuum publicorum in Auditorio ma-
ximo parare fecit. Unde in hunc usqve diem, qvic-
qid inde decoris & boni ordinis resultavit, id omne
beate defuncto nostro dñbet Academia. Ultima ve-
ro vice supremo huic Officio laudatissime præfuit
Anno MDCCXIII. hoc curæ suæ publicæ nobis re-
linqvens

relinqvens memoriale perpetuum, qvod Ipsorectore
Matricula L. plagulis membraneis aucta & renovata.
Recensitis haetenus B. meritis, quibus integrum Aca-
demiam & in ea cumprimis Facultatem Theologi-
cam commendabilem fecit, adjicienda quoque illa e-
runt, quæ in universum hujus Urbis cœtum Ecclesia-
sticum sunt extantiora. Ex quo enim tempore B. Dn.
Franciscus Wolffius S. S. Th. D & P. P. Ædis Marianæ
Pastor Primarius & Rev. Ministerii Director, ab Ham-
burgensibus ad Pastoratum Nicolaitanum vocatus,
Directorium Rev. Ministerii Rostochiensis ad nostrum
QVISTORIUM, tanquam Pastorum Primariorum
Seniorem Ao. MDCXCVII. devolutum est. Eadem
sic fulgens dignitate, qva & Pater ipsius D. JOH.
QVISTORIUS II. conspicuus fuit, omnium hujus
Urbis Ecclesiarum curam alacriter in se suscepit ac
molestias inde resultantes masculine sustinuit. Cujus
dignitatis dum meminit in *Rostochio suo Literato B. D.*
Andreas Daniel Habichorius (ex quo plura qvoad B.
vitæ curriculum desumpta sunt,) haud vanus extitit
augur, hæc adjiciens: *Imo ut noster simul Superin-*
tendentius Ecclesiarum Rostochiensium titulo, quo B. quoque
Avus ejus D. JOHANNES QVISTORIUS I. Th. P. P.
& Pastor olim Marianus, maxime fuit conspicuus, ex me-
rito augeatur animitus precamur: Siquidem Anno
MDCCIII. *Superintendentius* titulo & honore insignitus est.
Ad qvod eminens officium iussu Serenissimi Principis,
DN. FRIDERICI WILHELMI
gl. record. opera v.B. D. *Job. Petri Grunenbergii*, Theo-
logi, Consiliarii & Superintendentis, Viri nunquam
apud nos intermorituri, solemnissime inauguratus est.
Qvalem se in hoc gesserit officio, omnibus & singulis

in hac urbe viventibus notissimum est. Reticere
tamen non possum, qvod singulari studio purissimum
Religionis Exercitium in hac civitate conservare,
contra omnia secus sentientium molimina & con-
silia fortiter & intrepide , imo & feliciter adla-
boraverit. Quod vivente adhuc B. QUISTORPIO
inter merita ipsius jure meritoque retulit Dn. M.
Michael Lilienthal , in Acad. Regiomontana Regius
Alumnorum & Convictorii Inspector , Biblio-
theçæ Præfetus & Societatis Berolinensis Collega,
hodie qvoqve Ecclesiae Cathedralis ibidem Diaconus,
qvando in *Dissert. Epistol.* Ao. 1709 qva purpuram Re-
ctoralem quinta vice demissam Nostro gratulatus est,
p. 30. & 31. sic scribit : *Nescio sane , qvo fato factum sit*,
ut virus Papisticum Rostochium , illibatam adhuc virginem,
sub mellis sapore inescare aliquot jam vicibus contenderis.
Mox enim Jesuita gladio cinctus & Politici simulans habi-
tum , urbem , ut extremam unctionem agroto impertiret,
inserpit ; mox illustrißima quādam persona publicum religi-
onis exercitium Papais procurare annisa est ; mox mercator
Pontificius jura civitatis sibi concedi flagitavit. *Tua vero*,
Vir DEI , vigilantia nunquam venenum hoc eum , quem
intendebat effectum , est consecutum , ad minimum in primæ
statim evomitum est concoctione. *Faxit Gratiōsissi-*
mum Numen , ut ad finem usqve mundi , Rostochi-
um nostrum virginitatem hancce suam servet inte-
meratam ; omnia vero consilia cadant , qvæ eidem
vel minimam afferre maculam intendunt. *Præter*
hoc illustre Episcopalis vigilantiæ , prudentiæ & dex-
teritatis documentum & hoc notandum , qvod omnes
hodie in vinea Rostochiensi laborantes seu Pastores
fuerint , seu Archi-Diaconi , seu Diaconi , unico ex-
cepto

cepto, Sacrum munus à manu venerandi hujus Præ-
fulis acceperint; qvod etiam Summe Rev. Dn. D. Nie-
henckio, nec non Dn. Danieli Mannio, isti ex Patria
in Sueciam, huic ex Academia nostra in Patriam e-
vocato contigit. Si reliqua Nostrri præclare & saluta-
riter gesta, qvibus vel de Scholis urbicis tam publica
qvam privatis, ut *Scholarcha*, vel etiam de cœtu suo Ni-
colaitano, ut Pastor, vel de privatis qvibuscunqve ut
communis adflictorum Pater, excellehter meruit, re-
censere vellem, amplissima certe sese oblatura esset
scribendi materia. Sed omnibus illis silentio præter-
missis hoc non prætereundum esse autumo, qvod, cum
anno hujus Seculi octavo, Viri Excellentissimi, Con-
sultissimus Dn. D. Joachimus Henricus Sibrand, & Ex-
perientissimus Dn. D. Dethardingius, mecum consilium
inirent de constitudo ærario qvodam ad subyenien-
dum Literatorum Viduis atqve Pupillis, qvod institu-
tum à gloriose recordationis Principe, Seruissimo

FRIDERICO WILHELMO gratiofissi-
me approbatum & confirmatum, in hunc usqve diem
per DEI gratiam feliciter cessit, QVISTORPIUS no-
ster primus omnium fuerit, qui Collegio nostro ac-
cessit, idqve pro viribus auxit atqve promovit. Si-
qvidem in hoc Collegio Caffæ Viduarum Literatorum se-
ninel *Administratoris* & alia vice *Assessoris* munere fidelis-
sime functus est. Ad statum B, domesticum vel poti-
us *Oeconomicum* qvod atfinet, primum Conjugium
anno MDCLXXVII. contraxit cum MARGARETHA
ELISABETHA BERKOVIA, Virgine jucundissima
& rarissimarum virtutum decore Ornatisima, Viri
qvondam Amplissimi atqve Præcellentissimi, Domini
DANIELIS BERKOVII, primum judicii Provinci-
alis

alis Mecklenburgici , postea Civitatis Rostochiensis
Proto - Notarii Integerrimi , tam præclaris eximusque
animi doribus instructi , ut vulgare in illo nihil , nil protri-
tum videretur (quo elogio B. Dn. D. Mullerius in Pro-
gram funebr. eum exornavit) filia... Ex qua nati
Fili hoc ordine se excipiunt JOHANNES DANIEL,
JOHANNES NICOLAUS, DANIEL, GEORGI-
US DANIEL, LAURENTIUS GODOFREDUS,
ultimoque partu gemelli , ex quibus alter necessitate
suadente ab ipso Parente sacro baptismatis fonte tin-
ctus ; alter vero a Dn. M. Weiso t. t. Diacono, fœderali
Sacramento initiatus est ; Ambo post suscepitum ba-
ptismum mox denati . Reliqui supra nominati , ex-
ceptis duobus , similiter vitam jam cum morte com-
mutarunt . Qui vero per DEI gratiam superstites
vivunt , sunt Joh. Nicolaus Philosoph. Magister Ful-
gidissimus , cui tantam Gratiae Divinæ mensuram
ex sincero precamur affectu , ut ipsum propediem
*Quartum Divisorium Theologum Academiæ & Ec-
clesiæ Rostochiensium* gratulari queamus ; & *Laun-
rentius Godofredus* , qui ab initio quidem studio juri-
dico se totum mancipaverat , dein vero , Parentibus
benevole annuentibus & consentientibus , mercaturæ
operam dedit , cuius gratia Daniam Hollandiam &
Galliam peragravit , & sufficientem sibi ad hoc vi-
vendi genus peritiam æque ac promptitudinem ex
divina benedictione acquisivit , usque dum ex Dania
nuperrime redux , accedente consilio & beneplacito
Venerandi Dn. Parentis , sibi despensavit Nobilissi-
mam omniq[ue] virtutum genere fulgidissimam Vir-
ginem , *Annam Mariam Bergin* , Mercatoris hujus Ci-
vitatis Primarii & Florentissimi Filiam : Quibus
despon-

216

desponsatis felix faustumque apprecamur conjugium. *Filia ex priori conjugio susceptae haec sunt:*
SOPHIA CATHARINA, in ipso juventutis flore mortalitati erecta. CATHARINA SOPHIA, Viro Maxime Reverendo ac Excellentissimo DN. ZACHARIAE GRARIO, æternæ memorie Theologo, nupta quidem, ab hoc vero Ao. 1706 per mortem divulsa, Eadem denuo ad celeste consortium associata, cum & hic ante aliquot annos, magno equidem cum Academiæ hujus & totius Ecclesiæ Orthodoxæ detimento, ad æterna gaudia translatus. Superstes tamen ex illa est nepos JOHANNES SAMUEL GRAPIUS, Paternam aliquando nobis, quod in votis nostris est, repræsentaturus faciem & indolem BARBARA MARGARETHA, Nobilissimo DN. WALTHERO STEINIO, Mercatori apud nos longe Inclito atque Ædis Nicolaitanæ Curatori Fidelissimo, in matrimonium collocata, jam vero unicum nepote dulcissimo JOHANNE LUCA cœlo reddita. Interea gavisus est QVISTORPIUS noster prioris matrimonii deliciis usque ad annum MDCXCII. quo dilectissima atque fidelissima thori socia tristissimum ipsi vale dixit, Maritum suum in viduitatis statu summo cum mœrore relinquens. Ad secunda demum vota secundis omnino fatis transiit anno MDCXCV. dum septimo Februarii Nobilissimam sibi Virginem ANNAM CHRISTINAM Lenten / DN. HUGONIS Lenten / S. Reg. Maj. Dan. & Norw. ad regimen per Holsatiam, dum viveret, Consiliarii Intimi longe Splendidissimi ac Meritissimi,

D

Filiam

Filiam natu majorem, prævia Sacerdotali benedi-
tione, thori sui viduati sociam elegit, quam ipse
Maritus Autori Rostochii Literati his quon-
dam verbis commendavit, quod *virtuosa*, *maximeq;*
proba & perquam morigerata sit. Imo hanc Optimi Ma-
riti elogio dignam fuisse, vicennialis Conjugii
tempus, teste integra hac civitate, abunde compre-
bavit. Ex suavissimo hoc conjugio prognatos
vidit noster, HUGONEM, HUGONEM THE-
ODORUM & JOHANNEM ZACHARIAM,
Filios ju^cundissimos, e quibus HUGO & JOHAN-
NES ZACHARIAS jam pridem beatorum con-
sortio illati sunt, HUGONE THEODORO ad-
huc superstite, faxit Supremum Numen qvam diu-
tissime, in Optimæ atqve Virtuosissimæ Matris so-
latium ac totius QVISTORPIANÆ Familiæ splen-
dorem & fulcimentum. *Filiam* quoqve ex secunda
Conjuge amplexari potuit blandam & amabilem,
nempe ANNAM CHRISTINAM, cui benignis-
simum Numen clementissime prospiciat. Ceterum
erga utramqve Familiam ita se gessit B. Vir, ut
non tantum probi Mariti sed & providi Patris sem-
per impleverit partes, probe intelligens, illum Ec-
clesiæ JESU Christi cum fructu præesse haud posse,
qvi propriæ domus nullam habet curam. In re-
liqua vita & quotidiana cum aliis conversatione pi-
um, gravem, suavem simul ac modestum semper
se exhibuit. Si forte cuiquam vel à consiliis aut auxi-
liis esse potuit, quamcunque avide arripuit occa-
sionem illi succurrenti. In primis Studiosi, quos
tenuior

tenuior vivendi ratio ad angustias redegerat, in domo ipsius non tantum mensam & pro se instruetam, sed paratam quoque pecuniam aliaque vitæ subsidia nullo non tempore inveniebant. Unde Patrem suum se nunc amisisse gemebunda voce queruntur. Imo! quotquot hunc Virum penitus cognoverunt, uno omnes ore profitentur; Academiam, Ecclesiam, Civitatem, Familiam, Cognatos, Agnatos, Amicos, Clientes, magnam & vix recuperabilem Ejus jacturam fecisse. Quænam vero mortis causa morbiique ratio fuerit, Præ-Nobilissimus atque Experientissimus Dn. D. SCHAPERUS, Medicinæ Practicus Solertissimus, h. m. recensuit.

Quod morbum B. nostri attinet, tentabatur ille die 25. Jul. Cephalalgia, anxietatibus precordiorum, levique horripilatione & succedente tandem insigni Vertigine per aliquod temporis spatium, antequam me vocari jusserat, quamvis sub spe quâ Äger nitebatur certissimâ, morbum huncce mox à rigore suo esse remissurum, sed instabat persinax agritudinis hujus malum certissimamque sperantis fiduciam dolendum in modum illudebat, Hinc B. noster Quistorpius mea desiderans consilia sub primo statim accessu conuerebatur de Vertigine, sorpore ingenii, astu satis magno cum appetitu prostrato, sapore in ore amarante, quibus symptomatibus succedebat tandem spasmus Capitis insignis. Et cum ex relatu mihi his circumstantiis intelligerem, recidisse eum in pristinum morbum, quo, qua diennio circiter elapso per aliquot septimanas qvidem conflictatus, per Deigratiam tamen consilij Patrui mei ran-

ellitimi

D 2.

dem

dem liberatus ; verebar statim ne de vita sua periclitare-
tur Eger , quia omnes recidive in primis in hoc morbi ge-
nere periculosæ existunt , nihilominus , omnem quam por-
teram , dabam operam , ut huic morbo recidivo conveni-
entibus remedii resisterem , & quantum remedii enī
possem , divino illum succurrente auxilio exturbarem ; In-
tio etiam huic meo subsidio non levia restitutionis à Re-
cidiva indicia feliciter respondebant , verum inconstantiae
illa ex nervorum debilitate redditæ & per nuperam re-
cidivam graviter adacta , restituenda sanitatis spem non
modo anticipem relinquebant , sed convulsionibus etiam
supervenientibus , usque continuis illam , qua adhuc su-
pererat , planè irritam reddebat ; Et quamquam Con-
vulsiones ista perpetua velut prodromi mortis proximæ
haud fallaces constanter respuerent Medicamenta fideliter
adhibita & quidem ita , ut nullus inde ex voto communi
sequeretur effectus , ad debellandum tamen reludantem
sam perinaciter hunc adversarium Vir Pranobilissimus ,
Excellentissimus ac Experientissimus Dr. D. Dethardingius
Professor Medicina & Anatomia in hac Alma longè Celeberrimo
mus , Fautor estimatissimus non delassatum mecum consili-
um auxiliumq. in B. nostrum eā qua par fuit integritate con-
sulit , sed prævaluerunt Arce nostra Medica in B. collata mo-
sus isti convulsivi , & accidente tandem , quem Carus mox
excipiebat , Lethargo viribus B. nostrum gradatim exue-
runt omnibus , & hac ratione morti prob dolor ! non
sine tristissima totius splendidissimæ familia , Academia &
Ecclesie jactura die 9. Aug. luctuosissimè tradiderant.
Interim , ne quis existimet , QVISTORIUM no-
strum vim morbi sentientem confessim à suis re-
misisse

misisse laboribus atque occupationibus , scien-
dum , quod illo ipso vigesimo quinto Julii die ,
quo tot adversa experiebatur Symptomata , pri-
vatas suas scholas domesticas , in quibus *Histo-*
riam Ecclesiasticam Auditoribus suis inculcabat ,
hora sexta vespertina , nequaquam neglexerit ,
licet antequam hora audiretur septima , Lectio-
nem suam invitus abrumpere lectoqe se com-
mendare coactus fuerit . Sequentे luce , cum
per aliqualem nocturnam quietem vires pau-
lis per recuperasset , ita ut lectum relinquere posset ;
mox suas de Conventu ministeriali adornando
aperuit cogitationes . Et quamvis omnes insta-
rent domestici , ne domo sua exiret , præprimis
suavissima & perquam sollicita Coniux cum
liberis infelicem exitum ominantibus ; siqui-
dem tantæ non aderant vires , ut absqve alio-
rum adjumento ire & circumambulare potue-
rit ; à proposito tamen suo nequaquam dimoveri
potuit , hinc per ædituum ad Rev. Ministerii
confessum duci voluit , ast tanta cum virium su-
arum debilitatione , ut repetendæ domus ergo ,
vehiculo ipsi utendum fuerit . Ex hoc tem-
pore vires magis magisque extenuabantur , &
nihilominus suo fungebatur munere , quamdiu
aliquæ restabant ; hinc d. 27. Julii , cum tem-
plum frequentandi nullæ amplius adessent facul-
tates , confitentes suos in privatis suis ædibus
absolvebat , & fidelis JESU CHRISTI servi-
munia exequebatur . Tandem cum animad-
ver.

missa

D 3

adverteret, nullam reconvalescendi spem hac
vice superesse, sexto mensis Augusti die,
sepositis omnibus aliis curis, unice beatam medita-
tus est analysin, quare etiam DN. M. JA-
COBUM BURGMANNUM, suum in officio Ec-
clesiastico Cooperarium specialissimum & Græcæ
Linguæ Professorem Excellentissimum, ad se in-
virari jussit, à quo debili & fere balbutiente lin-
gua peccatorum suorum absolutionem & S. Cœ-
næ porreptionem devote petiit.. His sacris
peractis, ultimæ suæ horæ approximationem pa-
tienter expectavit, & si forte adstantes sciscita-
rentur, quo in statu esset? Hanc aliquoties
ipsis dedit responsonem: **GOTT** führet mit
mir sâuberlich. Atqve sic omni in Christum
Salvatorem suum reposita fiducia, die IX. Au-
gusti, hora quinta matutina, inter lacrymas &
preces suorum, placide exspiravit, ætatis suæ
anno sexagesimo quinto, officii Ecclesiastici
trigesimo nono, Professoratus vigesimo secun-
do & Superintendenturæ duodecimo. Quantum
vulnus denuo acceperit Ecclesia Orthodoxa, &
cum primis Academia nostra, calamitosissimis
hisce temporibus, quilibet, cui utriusque salus
curæ cordique est, & vel me tacente, ultiro in-
telligit. Qvis vero vulneribus nostris deplo-
ratis manum admovebit? Tuam implora-
mus Altissime JEHOVAH! Tibi qve nostras
commendamus curas atqve sollicitudines, Be-
nignissimum Numen! Misericordia nostri, valde
enim

enim sumus attenuati. Respice vineam tuam
& fideles nobis concede cooperarios , qui do-
ctrina & vita cœtui tuo præire possint. Rege
etiam Divino tuo Spiritu illos , quibus Acade-
miae nostræ cura incumbit , ut ocissime succur-
rant laboranti Facultati nostræ Theologicæ , ei-
demque reddant GRAPIOS ac QVISTORPIOS ,
ne discentes in perpetuum Doctorum conque-
rantur defectum . Quos suffecturus es Gratio-
sissime DEUS in locum Collegarum nostrorum
ad cœlestem Academiam evocatorum , abun-
dantissima donorum tuorum imple mensura ,
ut doloris atque mœroris sui oblivisci queat .
Academia Tua , cui per tot secula clementissi-
me prospexisti. Interim quiescant in pace Ve-
nerandi nostri QVISTORPII ossa , fruatur æ-
ternis gaudiis onerosi corporis vinculis exoluta
& ad beatorum sedes translata generosa ipsius
anima . Vivat in flore usqve ad finem secu-
lorum Nobilissima QVISTORPIORUM Fami-
lia . Et quotquot in Academia supersunt Ve-
neranda Docentium Capita , diutissime servet
Divina Gratia . Interea ultimum à nobis pie-
tatis officium exigunt QVISTORPIANÆ EX-
UVIAE , quod ut præstetis , Cives Academicci ,
in honorem Defuncti & solatium omnium Lu-
gentium , mea haud opus esse autumo adhor-
tatione . Novi , quanto in pretio apud Vos
fuerit vivus JOHANNES NICOLAUS QVI-
STORPIUS ; Novi quam charus idem fuerit

Magis

Magistratui Oppidano; Novi, quanti æstima-
tus tuerit à singulis Reyer. Ministerii Membris;
Novi, quanti eum fecerit cætus Nicolaitanus;
Novi, quod ipsum dilexerit impensisissime tota
nostra Civitas. Qvilibet horum mortuo qvo-
qye QVISTORPIO suum testabitur affectum,
ergo & Cives Academici, penes qvos maxima
semper fuit B. autoritas, suo non deerunt officio;
potius frequentes eundo exeqvias copiosa præsen-
tia deductionem funeris QUISTORPIANI ex-
ornabunt. Hoc unicum Vobis indicasse sufficiat:

*Conventum fieri in Æde Nicolai-
tana hora I. meridiana.*

Valete,

P.P. Sub Sigillo Univ. Rostoch.
d. 3. Sept. Ao. MDCCXV.








Copyright 4/1999 XyloMaster GmbH www.xylomaster.com

VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset



dicta Academia utiliter transacto,
gressurus, in reditu Heidelbergam invi-
tiam; inde vero per Coloniam descend-
am, non modo Ultrajectum & Lugdu-
nacem, sed & Amstelodamum aliasq[ue]
urbes visu dignas, magno cum sui e-
stavit. Cum dimidiari anni part
transegerat & non solum ex quotidiana
conversatione, sed & rariorū librorū
status itidem Ecclesiastici aliarumque
rum sedula contemplatione, doctior
anno MDCLXXI. in Patriam rediit,
subfisteret, sed ut in aliam Germaniā
excurreret & adjacentia regna quoqvad
Anno itaque MDCLXXII. per mare
visurus ibidem Materterae suae filium
LEM FALCKIUM ad D. Catharinā
a quo omni cum benevolentia exce-
desiderii sui complementum, ut ne
modo diēti, sed & filiorum ipsius, NA
& JOHANNIS quotidiano confortio f
optatissimo. Ex qvibus, cum JOHA
gratiam sit in vivis & apud Gedanense
nere fungatur fidelissime dexterimeq[ue]
PIANA Familia Ejusdem favorem &
sibi obnixis expedit precibus, certa,
erga Posteros JOH. NICOLAI QVI
dem continuaturum esse affectum,
etum semper complexus est, tenerrim
nostrum est, *Cives Optimi*, ut cursum
Viatore nostro QVISTORPIO profe-
tribus Gedani exactis mensibus, *Region*

Academiam, in qua studiis per integrum plane annum
cum dimidio vacavit, sive praestantissimos sibi ac-
quisivit Theologicæ scientiæ thesauros, ita tamen
ut pretiosum à vili probe diserneret, hoc spredo, illo
vero retento. Domus hinc redditurus, per mare in
Daniam trajecit, nsem Academiam salutando,
Theologorum irorum eruditionis laude
fulgentium obtinuit favorem. Iis
enim oris & moribus prædi-
tus. m atque existima-
tus. ret, adeoqve non
ori conversatio-
nis fructum
situatione sic
am rever-
latere potuit,
A haud frustra tot
par. am sui emolumento
prode. , sibi qve tantos com-
captane. pares, qvibus & sibi & aliis
plura discer. idem ostentandi ingenii aut
rationes rec. rationis, & docendo de die in diem.
plura discer. aut majora & validiora studiorum suo-
rum fulcimenta caperet, modeste æque à Theologis
atqve Philosophis, qvibus docendi munera in hac
Academia t. t. concredita erant, petiit, ut sibi dare-
tur venia privatim alios docendi & cum Commilito-
nibus disputandi: Qya impetrata, in utroqve stu-
diorum genere sedulum ac indefessum se exhibuit,
magnaqve industria fe & alios docuit. Hisce exer-
ciitiis usqve ad annum MDCLXXVI, strenue conti-
nuatis,